

Q.K.514,42.

(X2000199)

De disciplina scholastica necessitate
utilitate et difficultate.

I. N. S. S. T.

Ya
209

ACTUM SOLEMNEM!
ORATIONEM,

Inauguralem
VIRI

Præ-Clarissimi atq; Humanissimi

Dn. M. PAULI MARTINI
SAGITTARII, JENENS.

Illustris hujus Scholæ Rectoris legi-
timè vocati dignissimi,

De

SEX ARIS ET PICTURIS IN A.
THENIENSIMUM ACADEMIA POSITIS:

ut &

De

DISCIPLINA SCHOLASTICA
Valedictoriam,

f.

intimat,

VIROSQ; omnium Ordinum honoratifs.
simos omni animi submissione

ad audiendum

invitat

M. PETRUS HÅRTEL/ Rector, & vocatus
Pastor & Adjunctus Smöln.

ALTBURGI, APUD GOTHOFREDUM RICHTERUM,

ANNO M. DC. LXIX.



21

I. N. S. S. T.



On immeritò acutissimi Politici Religioni in Republ. primas dedere, ita ut eam Rerumpubl. *fundamentum* & *basis* nominarent. Qvamvis igitur eidem in Republ. Scholasticâ multum tribuamus, candomque vim & dignitatem assignemus; addendum tamen putamus fulcrum aliquod, nempe *disciplinam*. *Disciplinam*, inquam, qvæ cum *Religione*, in Scholis qvam maximè utilis, qvam maximè necessaria est, ut citius è mundo solem, qvam eam è schola tollere queamus. Unde certè non peccarem, si de ejus *necessitate*, *utilitate* & *difficultate*, qvædam in medium proferrem. Verum enim vero de his in ipsa *Valedictoria*, ut infra patebit, acturus sum. Qvoniam verò certæ circa *masculam Disciplinam* sunt observandæ cautelæ de iis, qvædam ex optimis autoribus in præsenti monebo: Ante autem, qvam id fiat, de ipsa voce, *Disciplina*, qvædam notanda veniunt. Derivatur quippe à τῷ discere, qvia discentibus omnib⁹ *disciplina* necessaria est. Significationem qvod attinet, varia ea est: Vel enim significat die Zucht; vel die Unterweisung

sum; vel die *Kunst*; vel ponitur pro præcepto sive
descripto; vel denique idem est, quod mos, consuetudo,
via, ratio, ars seu methodus, & quæ *missiūn* Græcis dici-
tur, de quo plura *Cl. Faber in Lex. suo sub hac voce.*
Cæteras in præsenti significationes omnes seponimus,
attendentes eam tantum, quâ disciplina significat vel
Censuram, correctionem, correptionem, castigationem,
objurgationem, reprehensionem, Germ. die *Zucht*. Ad
rem ipsam quod spectat, ad *cautelas*, nempe, in *disci-
plina*, observandas, hæ vel respiciunt eum, qui *disci-
plinam* exercet, nempe *Præceptorem*, vel ipsam *di-
sciplinam*. *Præceptorem* quod concernit, qui di-
sciplinam exercet; eligatur is, qui sit pius, religiosus,
probus & virtuosus, qui habeat animum ad Deum, non
quidem quemvis, sed ad Deum verum, intentum & ere-
ctum; sit in Articulis fidei & religionis negotio purus,
sincerus, & probè instructus, ne vel occultum venenum,
suisqve lectionibus subdolè involutam hæresin simplici
juventuti instillet, quæ deinde serpit, ut cancer & gan-
græna, nullisqve mediis ac remediis tolli potest; sit Dei
timens ex toto corde & animo, non autem hypocriticus;
pius sit, qui à Deo petat felicem in docendo & discipli-
nam exercendo progressum, & à DEO *in avertenda* expectet,
non manuum suarum opus exosculetur, non seipsum su-
spiciat & admiretur, sed a Patre luminum, à quo omne
donum bonum, *Jac. l.* Qui preces pro basi & funda-
mento omnium suarum actionum habeat: Qui pro sa-
lute scholæ, Inspectorum & discipulorum (non autem
contra salutem Scholæ, Inspectorum & Discipulorum)
apud DEUM enixissimis precibus oret; Qui omnia ad
gloriam DEI dirigat; Non enim nobis Domine, sed no-
strum tuum regnū dñe Iesu Christi. *A. 2* minuti
etiam



mini Tuoda gloriam, inquit *Psalmista*; Vel, ut Gentium ille Doctor & Ductor, *Paulus i. Cor. 10.* Quid facitis, omnia ad gloriam DEI facite. Cœci sane Gentiles multis retro seculis hoc probè observarunt. Legimus enim, *Minoëm* jamjam regni fundamenta jacturum, in antro Jovis sèpè latitare solitum, atqve ibi diu multumq; commoratum, leges tanquam à Jove traditas attulisse, ut simplices homines ad parendum non modo imperio, sed etiam religione constringeret. Eadem arte Lycurgus usus est, dum legum suarum Apollinem fecit autorem. Imò & Numa Pompilius apud Forum, ementito cum Dea Egeria nocturno congressu, eò ferocem atqve agrestem adegit populum, ut, qvod vi & injuria occupaverat imperium, religionis & justitiae imagine gubernaret. Abeant itaqve & procul absint à *Disciplina*, qvi vel in fundamentis fidei parum versati & instructi, vel qvi ore tantum & formidine pœnæ, seu remotionis, se confessores fidei produnt, reipsa autem pestilentissimum heterodoxiaæ fovent venenum. Abeant & hi, qvi stulto qvodam conatu, & ridicula quadam arrogantia, nescio quid dubii de uno vel altero fidei Article proferre satagunt. Abeant deniqve omnes ii, qvi verbi divini contemptores & Scholæ, ejusq; Præsidum & membrorum jurati sunt hostes. Virtuosus sit Præceptor, h. e. qvi fama est integer, cuius vita caret omni culpa & criminie omni, cuius mores sunt reprehensione iusta vacui, vel, ut *Plutarchus* monet, qvarrendi sunt. *adixi ειναι τηις οπις ανετιλησεν*, h. e. vita ipsa inculpati & moribus irreprehensioles. Vel, ut *Boëthius* pluribus verbis exprimit, qvi in sermone verax, in iudicando justus, in compenso fidelis, constans in vultu aspectu

aspectu pius (quippe vultus est tacitus Sermo mentis, in-
dices oculi) in omni denique virtute insignis & honestate
laudabilis, nec non diligens, vel, ut *Quintilianus* In-
I. c. 2. *Institut. Orat.* qui nec habeat vitia, nee ferat.
Et ut in specie de uno vel altero dicam, modestus si-
Aurea enim sunt verba *Taciti XV. Annal. cap. 2.*
qibus Vologesen, Regem Parthorum suos alloqven-
tem ita introducit: *Vestra quidem vis et gloria,*
in integro est, addita modestia fama; qvæ neq;
summis mortalium spernenda, et a Dies aeti-
matur. Amorem soveat erga Discipulos. Pa-
tris enim loco se esse putet: unde & paterno afficiat
discipulos amore, vel, ut *Plinius* ait: *Cum suis*
discipulis quasi parens cum liberis vivat: Longè en-
nim valentior amor ad obtainendum, qvod velis, quam
timor. Unde quidam putarunt, præceptores istos aptio-
res esse, qui habeant liberos, quam qui atervi sint & cæ-
libes. *Alstedius in Chronol. p. 1506.* Consentit hic
Quintilianus l.c. dicens: *Sumat præceptor ani-*
mum erga discipulos suos et succedere se in eo-
rum locum, a quibus liberis fibit traduntur, exi-
stimet. Id qvod testatur *Paulus*; Discipulos suos
terrena agmina filios dilectos, vocans. Et certe ni-
hil proficiet præceptor, ni discipuli perspectum habe-
ant, se ab eo amari, eum magis ad clementiam, quam sæ-
vitiam inclinare, imò non nisi invitum ad poenas com-
pelli. Caveat itaque, monente *Müllerio in Schul-*
Predigten/ juvenis, ne habuerit præceptorem, nisi eun-
dem & amicum. Autoritate etiam polleat Præceptor,
sine qua certe nec regere jugiter, nec docere utiliter
qvis-

qvisquam potest. Hanc autem alii à natura mentiuntur, cum mox eam ætati adscribant grandævæ, quippe quæ plerumque cum gravitate & severitate (interdum & morositate) est conjuncta; Mox eam à corporis proceritate, barba prolixiori & promissa, terribili vultu, verborumque magnificentia dependere statuunt: alii vero eam ab arte faciunt, à singulari scilicet corporis aut vultus gestu; vel à frequentiori alloquii recessu: alii aliunde eam trahunt ab enumeratione annorum, quo primum Academiam accessere; vel à promotione Magisteriali; vel à diuturniore tempore, quo officio aliquo functi sunt. Verum plerique, plerique inquam, errant, ne dicam omnes. Dicendum potius videtur, autoritatem à Deo dependere, Deumque illius Autorem, Statorem & conservatorem esse. Hoc ipso autem minimè rejicio media, per quæ Deo concedente, autoritatem obtinere & conservare quis potest. Sed quæratis, quænam illa sint. Pietatem dico, probitatem, virtutem & non vulgarem, eruditionem. Hinc minimè videtur errare *Fabius* citante *Schrevel.* in *Oecon. Scholast.* qui in hac erumpit verba: Ad autoritatem conservandam plurimum confert, si præceptores, quam maximè possint, dent operam, ut teneriores annos ab injuria Sanctitas docentis custodiat, & ferociores à licentia gravitas deterreat. Abeat itaque hic à mascula nostra & divina disciplina omnis vitiosus, qui neque integer vita, neque sceleris purus est. Abeat omnis timidus, tardus & abjectus. Speciatim vero abeat & ultra Thulen exulet iracundus. Ira enim furor brevis est, & ea præsente nihil recte, nihil considerate, nihil moderate fieri potest. Abeat omnis πληνης plagosus Orbilius, qui metum servilem discipulis incutit, cuius schola est instar aulæ Siculae, qui cum in scholam ingreditur,

greditur, fulminat, verberat, crines evellit, imo omne acerbitatis virus evomere studet, proq; deliciis habet, virgis, fustibus, pugnis, pedibus in fontes pariter, ac insontes debacchari, qui impedimentum potius, quam incrementum profectuum est. Abeat & procul recedat, qui bissem & rancorem ex curis & iuriis domesticis conceptum in discipulos deinceps effundat, injuria enim longe turpissima, minimeque ferenda. Abeat & recedat longius is, qui odit discipulos, quorum a parentibus, vel fratribus, cognatis & agnatis se laesum putat, vel qui ob aliud quodpiam privatum commodum odio discipulos prosequitur. Imo omnes hic absint affectus; ira namque rectum quod sit, ut dictum est, cernere minimè patitur: odium ad iniqua impellit; amor judicium impedit, stimulat ad vindictam dolor, invidia præcipitem agit. Egregie hac de re differit. *Plutarchus in Alexandr. p. 67. B.* dicens:

Cum videamus libertati dicenda complura adherere vitia, primo amorem nostri cæcum demamus, ac diligenter caveamus, ne aliquam ad nos privatim pertinentem rem veluti læsi aut dolentes exprobremus. Non enim a benevolentia, sed ab iraproficiunt sermonem, quo quis pro se ipso uitetur, neq; admonitionis loco, sed vituperationis accipiunt. Et paucis interjectis: *Hyperides Rhetor ab Atheniensibus postulabat, ut non tantum considerarent, an acerbè diceret, sed an iniquè esset acerbus?* Sic amici admonitio omnis privati affectus animivacua, venerabilis est, & gravis, & contra quam oculos non audeas fustollere. *videlicet nō tam iniqua, quam acerbata.* Imo

Dio-

Diogenes persuasum habebat, se magni illius *Ale-*
xandri fortitudinem multis parasangis superare, affe-
ctus iræ, superbij & luxurij domando. Quid: quod
necis ferendus videtur, qui perpetuo est offensus iis, a
qui huius semel atque iterum ad iram est provocatus; ut
potius verbis *APOSTOLI* det locum loquentis, ut solem
occidentem nempe placabilitate nostrâ antevertamus.
Absit porto aridus Magister. Eiusmodi enim in pueris
non minus, quam teneris adhuc plantis siccum & sine hu-
more ullo solum: Inde enim fiunt humiles statim & ve-
lut terram spectantes; qui nihil supra quotidianum ser-
monem præferre audeant. Macies illis pro sanitate, &
judicii loco infirmitas est. Absint luxuriosi & volunta-
tibus dediti. Quid enim honoris: Quid autoritatis si-
bi conciliabit is, qui voluptatum illecebris nocte dieq; in-
teresse gaudet: Qui profusæ & intemperantis cœnæ
ganæa quaerit: Qui cœduritia oris est, ut depudere didi-
cerit: Certè minorum animos voluptatum sequaces ad
idem pertrahet malum, sui verò contéptum apud omnes
pariet, Aristotelis testimonio, dicentis: οὐλασικαὶ ζω-
τες συκαὶ θέονται dissolutè viventes despicabiles
fiunt: Penitus verò ejiciendi sunt illi, minimeque fe-
rendi, qui vel mane, vel accepto prandio ebrii Scholam
accedunt: Divina enim parum curant; qui vina sequun-
tur, inquit *PALINGENIUS*, & sicut ægroti male tractantur
manibus Galenistarum, aviculæ manibus puerorum: ita
pueri manibus ebriorum Præceptorum. Absit propor-
tio omnis is, cuius mores sunt soluti, qui nimium loquax,
qui absque omni judicio & acumine omni de qualibet re
aliquid crepare audet; ubi tamen nil nisi contradic-
tiones, falsa & ridicula occurrunt. Abeat jactabundus, ar-
rogans & sibi placens, qui existimat se aliquid esse, cum
tamen
meupils

E



tamen nihil sit, qui seipsum laudat & extollit, alios de-
prinendo spernendoque; vel alios ad se laudandum in-
stigat; & adhortatur, qui se fontem & scaturiginem o-
mnis eruditionis stulta, eaque vana imaginatione autu-
mat, qui se solum columnam, fulcrum & fundamentum
Scholæ impudenti ore proclamat, & nescio quos; subi-
tæ eruditionis & informationis modos jactitat. Imò ab-
eat is, qui varia gesticulatione, histrionum vel circum fo-
raneorum more, per vicos urbis volitat, & cum pueris
puerilia tractat. Absit denique is, qui nimium familiaris
est cum Discipulis. Collusionem enim & familiaritatem
cum discipulis pestem disciplinæ scholasticæ esse, ne-
mo non fateri cogitur. Certe quod eruditio & indu-
stria interdum efficit, id penitus illa (familiaritas) ade-
struit, quem animis metum incutit, eundem etiam exi-
mit, ut reverentia exulare omnis, petulantia & ferocia,
vel inconspectum Præceptoris prosilire videantur. Scire
autem aves, inquit, hæc familiaritas consistat? In eo
certè, si quis puerorum more cum discipulis conversa-
tur, familiariter colloquitur, eos faviter arridet, negli-
gentes excusat, feroces laudat, pegmata varia ad lusus
subministrat, otium & ferias concedit, imò nullum neq;
reprehendat, neque corrigat, neque castiget. *Hæc*
pestis, hæc labes est omnis disciplinæ: sic certè cordis
bus puerorum innata stultitia, quam Salomon ferula ex-
pelli jubet, arctius confirmatur. O stulto stultiordi! Om-
pueris puerilis disciplinæ cultu imprudentior! Ne autem
penitus illam partem, quæ *institutionis* nomine venit,
tacitus præterire videar, vel verbo quadam monebo ex
Schrevel. Bohemo & Gæz. Rect. Magd. Viris
illis Clariß. & de Rep. Scholast meritissimis. Præ-
ceptor scil. sit solide doctus, qui non modo sciatur unam
vel alteram exceptionem ex Grammaticis, vel fabulam

B

aliquam

aliquam, sed ut in Superioribus Facultatibus & Philo-
phia non mediocrem habeat scientiam, eamq; possit ali-
is communicare: Scire enim tuum nihil est, nisi te sciat
hoc sciat alter. Interrogantibus liberè & promptè respon-
deat, scholam mature ingrediatur, non sit fugiens labo-
rum, totus sit in Schola, & *Hoc agat*, neque vicariam
operam det uni discipulo, non sit segnis & remissus, qui
sub informatione sursum deorsum cursitans, semper cu-
riosus, quid Africa novi? impendat tempus, nonis qui
nec atiscultet nec attendat actiones & recitationes disci-
pulorum, sed potius vel planè taceat, vel aliud quid agat,
non is qui fallat odiosa prolixitate, & quod paucis verbis
proponi uno atque altero exemplo illustrari possit, huic
horas aliquot immoretur, non is qui modò hunc, modò
alium discipulum in propriis negotiis hinc illinc able-
get; sed fidelis sit in docendo, qui lectionibus præscriptis
insistat, neque aliud quid, vel etiam altiora, & captum
discendentia excedentia proponat, qui deniq; ue varieta-
tem fugiat. sicut enim in unoquoque opere mater vir-
tutis Constantia appellatur; ita universæ doctrinæ no-
verca est negligentia. Ut de concordia Collegarum,
qua scieu! rara avis interris, & tamen præcipuum at
princeps in Scholis requisitum est, hac vice nihil dicam.
Ad ipsam nunc descendo DISCIPLINAM, & primo statim
loco observandam produco adhortationem. Adhortationem
dico, quæ præcedere debet omnibus. Unde recte
Quintil. lib. sepius c. Si sapientius admonuerit, hoc rarius
castigabit. Et Seneca: Neque is solus Reipubl. prodest,
qui candidatos extrahit & tuetur reos, & de pace belloq;
conset, sed qui juventutem adhortatur. Dein Severitas
cum clementia & comitate temperanda, ne illa in tristi-
tiam, haec vero in petulantiam erumpat: utrumque juxta
malum,



malum, & indulgentia blanda, & implacabilis severitas,
inquit Nazianzenus. Nocet interdum priscus rigor & ni-
mia severitas. Tacit. L. 1. Hist. 18.c. Regnum enim Scho-
lasticum, in quo subditi sunt pueri, & adolescentes
sive cives, sive peregrini, quibus tamen Magnatum
domus asylum, non in tyrannide vertendum; siquidem
officiis & beneficiis consistit vita nostra, & concordia
societas inter homines coalescit, nec tam terrore, quam
mutuo amore in fœdus & obsequium constringitur hæc
ætas: dura autem & immittis severitas animorum alaci-
tatem frangit, & bona ingenia quotidiano metu obtun-
duntur & hebescunt. Quid enim prodesse is queat, qui,
cum debeat esse mansuetus, & omnibus humanitate ob-
vius, vultu torvo & trementi ore, aspera contracta mini-
tetur jurgia fronte, facie inter ruborem & pallorem va-
riata clamore perstrepit, errantes, non tam à bono re- Schrevel. in
trahat, quam ad malum sua saevitia præcipitet. Vel ut Oec. Schol.
GOEZII verba adducam. Quâ ratione præceptor demul-
cebit discentium animos; qui visu & auditu juxta formi-
dolosus, qui torvitatem aspectus, asperitate vocis, trucu-
lentia morum, semper fulmina spirare videatur. Vel ex
Sebaldi Krugs, Aphorism. Scholast. qui ad quamvis offen-
sunculam statim ita in discipulos debacchetur, ut paren-
tibus liberi livore, vulneribus, plagis, tuberibus, defor-
mati, domum remittantur; vel qui ictibus pluat, & co-
laphis grandinet. Nec multum efficiet is, qui excarni-
ficat discipulos, si memoria illis non constiterit, aut sape-
numero in legendo oculus haeserit. Certe eo indignius
hæc videntur, quod gravius homini & durius imperare
nonnulli volunt, quam imperatur animantibus brutis &
mutis. Equum non crebris verberibus exterret doman-
di peritus magister. Fiet enim formidolosus & contu-
max,

max, nisi eum tactu blandiente permulserit. Aurea certe
verba, quibus Silenus citante Rupert. in Val. Max. l. 6. c. 3 p. m. 381.
Imperatorem Probum ita incessit : An ignorabas, Probe, me-
dicos amara pharmaca ægris cum aqua mulsa præbere ? Tu vero im-
mis semper es aper eras, nunquam ut ulli cederes. Itaq; iniqua tu
quidem sed factis tamen tuis hanc dissentia perpeccus es. Non enim
equis, non bovis, non mulis, nedium hominibus feliciter imperes nisi
in aliquibus ipse aliquan tulum gratificeris & indulgeas. Quemad-
modum inter dum ægrotantibus medici quædam concedunt leviuscu-
la, uti majori in re obtemperare sibi non recusent. Ozymum her-
ba si manu leniter tractetur, odorem emittit fragrantissi-
mum, si conteratur, fætorem turpissimum. Navis st ve-
la nimium temblas, mergitur. Si relaxes, tutius vehitur.
Equi sape adversus frenum contumaces ; si habenas ses-
sor remittat aliquantulum consistunt. HEIDERUS volum.
Or. 2.p.579. Id quod discimus exemplo Augusti, qui sub
imperii initio non omnia statim, uti decretum erat, exe-
cutus est, veritus, ne parum succederet, si simul ho-
mines transferre & invertere vellet ; sed quædam ex-
tempore disposuit, quædam in tempus rejectit. Dia-
L. 52. Imò Plutarch. L. de Discrim. adul. & amici f. 180. Vult,
ut laus objurgationi admisceatur. Quoniam, inquit
„neque lunen admovendum est oculo inflato, nec ani-
moris ægroris admitit libertatem & admonitionem in-
utilitatem, utilissimum remedium fuerit laus leniter ad-
mixta objurgationi. Non enim solim lenit ac remittit
reprehensionis asperitatem & adhortationis, verum e-
stiam dignit in homine amulationem quandam erga se-
ipsum, ut secum ipse certet, dum honestè factorū com-
memoratione turpium pudeat & ob id se meliorum
exemplum præstare studet. Velut Alexand. Hisp. L. de modo
corrigendi monet : Præceptores sint dulces in corrigendo.
Moderatè igitur fiant omnia, PlutARCH. c. l. & omnia
tentanda prius ; quam virgarum fasces expediantur, &
latera

nudentur. Austeritas itaq; non sit tristis, nec dissoluta,
comitas, ne inde odium hinc contemptus oriatur. Respe-
ctus utiq; habendus vel ad ingeniorum diversitatem. Incredi-
bilis enim in eo varietas, nec pauciores animorum ferē,
qvam corporum formæ. Et sicuti gemmæ qvædam aceto
maceratae, qvædam melle decoctæ nidescunt: sic inge-
nia varia varie tractanda: meliores qvosdā acris objur-
gatio reddit, alios in officio blandior retinet admonitio
de qvo Plutarch.c.l. Isidor. Pelus. L. 4. Epist. 145. P. Clem. Alexandr
L. 1. Pædag. c. 8. p. 86. Vel ad Ætatis et indolis rationem. Aliter enim
pueri, aliter adolescentes habendi & tractandi. Sic alii
exemplo, alii oratione corriguntur. Isidor. Pelus. c.l. Alii
freno, alii stimulo indigent. Manuel. Imperat. de educat. reg.
præcept. 52. Alii obliquè, alii rectè carpendi. Laert. L. 7. p. 445.
Aliorum vitia strictè observanda, aliorum nonnulla dis-
simulanda. Isidor. Pelus. c.l. Alii deniq; clam, aliq; palam cor-
ripiendi. Augustin. serm. 16. de verb. Dom. Plutarch. c. l. p. 71. Isid. Pe-
lus. c.l. Dionys. Halicarn. L. II. Antiq. Rom. p. 696. Nec procasti-
nanda est disciplina, sed in tempore adhibenda. Disci-
mus enim, Plutarcho Præceptore, primam pueritiam virtutis
imbuendam esse præceptis, robustiorem ætatem disci-
plinam non pati. Frangas citius, inquit Quintilius,
qvam corrigas, qvæ in pravum induruerunt. Tortuosos
arborum ramos jam ætate obfirmatos non inflectes. In-
durata calore argilla nullam, etsi admittaris, notam ad-
mittit, sed uida & mollis inquamvis imaginem fингentis
seqvitur manum. Frustra terræ aut intenso hyemis fri-
gore, aut solis æstu induratae semen immittis, quod pri-
mo facere vere convenit. Neq; concedendum, ut seve-
rioris disciplinæ mos planè ē Rep. Literaria exterminetur,
& tota illa disciplinæ exercendæ supellex. Vul-
cano potius, qvam Musis consecretur. Diluenda eorum
est, tuncq; exinde exerceantur.

estropinio, & adhibenda potius malitiosis, refractariis &
malè feriatis severitas, iis, qvi susq; deq; monita præce-
ptorum paterna habent. Medici certe est, dixit Ascle-
piades, & à Cornelio Celso repetitum; ut citò, ut tutò
ut jucundè curet, & qvandoq; si mollia malagmata
morbi vis respuat, mordaciore medicinâ eam redundat
& profliget, aut etiam digitum præcidat, si ob eam rem
gangræna ad brachium sit perruptura, ut *Varro* loquitur.
Non current deniq; blandimenta patrum & matrum, nec
etiam eorum offensiones, neque etiam nummos & do-
nationes, neq; argentea virga discipulos ejicient, ut
Antisthenes, qvi interrogatus, cur tām paucos haberet
discipulos, respondit: Ejicio eos aurea virga. Id quod
de nimia pecuniarum extorsione hac vice interpretari
mili liceat. Nec denique nimis crebrò disciplinam
exerceat, per integras horas objurgando, aculeatisq; ve-
dictis tempus terendo. Cave, inquit Plut. c. l. ne assidue re-
prehendas, & objurgandi cupidus videaris. Possem ad-
huc plura. Verūm propter temporis chartæq; penuriam
hæc sufficient, remittens cupidum lectorem ad *D. Horneij*
Bedencken von Schulwesen. *D. Jo. Mülleri Hamburgischen Schule*
Predigten. *D. Dieterici Ulmischen Schul-Predigten.* *Schrevelium*
de Oecon. *Scholaſt.* *Plutarchum.* *M. Thom. Sagittarium in Leg.* *Scho-
laſt.* *Wratislav.* *Joh. Götzium in Orat.* *de Discipl.* *in Schol.* recte &
feliciter instituendā, *Jo. Bohemi Progr.* *Vgl. 2. aliosq;*

Plurimum autem hic possunt DOMINI SCHOLAR-
CHÆ; si, sedula & indesinenti Inspectione & Vigilantia
defectus corrigant, refractarios poena graviori, probos
vero & sedulos præmiis afficiant. Sed quid opus est ver-
bis, ubi res ipsa loquitur? AMPLISSIMI enim DNN. SCHOL-
LARCHÆ non modo hactenus hisce omnibus invigi-
lant & satisfecerunt; sed &, cum ego modis omnino
legitimis, indultu divino, ad PASTORATUM
SCHMOL-
bs



SCHMOLENENSEM VOCATUS ESSEM, ABITUMQ; MEDITARE;
VIRUM, PROBUM, PIUM, VIRTUOSUM, INTEGRUM VI-
TA&SCELERISQ; PURUM, ET ERUDITIONE CERTE NON VUL-
GARI PRÆSTANTEM, PRÆ-CLARISSIMUM NEMPE ATQ;
HUMANISSIMUM DOMINUM
M. PAULUM MARTINUM SAGIT-
TARIUM, Jeuens.

MAGNI PARENTIS FILIUM MAXIME EMULUM, CUI
FASCIÆ RECTORALES ET DISCIPLINAM EXERCENDAM
TRADERENT, COMMUNI SUFFRAGIO ELEGERUNT ET DI-
GNUM JUDICARUNT. HICCE LAUDATUS VIR DIE 15. FEBR.
CURRENTIS ANNI SOLEMNIORI RITU DNN. FUTURIS COLLE-
GIS, ET TOTI CATUI SCHOLASTICO RECTOR, ET CAPUT
SCHOLÆ SISTETUR, EIDEMQUE RECTORATUS INSIGNIA,
BACULUS ET VIRGA, MATRICULA GENERALIS, CATA-
LOGI CL. SUP. ET PRIMÆ SPECIALES, CLAVES, INVEN-
TARIUM, LEGES, ACTA SCHOLASTICA, TOMI ORATO-
RII, BIBLIOTHECA, ILLISQ; ÆRARUM, ACCEPTORUM
ET EXPENSARUM TABULA, ET RATIONES PRO PRÆ-
MIIS DISTRIBUTIS, IT. TESTIMONIA SCHOLARIUM ET
TABULA NIGRA, ANNEXA CANDIDO VOTO A ME EXTRA-
DENTUR. HÆ OMNIA NOVIS DOMINUS RECTOR,
EXCIPIET ORATIONE, QUAM DE VI. ARIS AC PICTURIS IN ACA-
DEMIA ATHENIENSIA POSITIS CONSCRIPTIS, BREVI SERMONE
EXPOSITURUS QUID BONARUM LITERARUM CONSECRANEOIS IISS-
DEM MONERE VOLUERIT ANTIQUITAS. DEVOTAS ETIAM AC
DEBITAS DEO, SERENISSIMO PATRI PATRIÆ, DOMINIS CAN-
CELLARIO AC CONSILIARIIS AULICIS, SCHOLARCHIS ITEM & PA-
RENTI PERSOLVET GRATIAS, TOTUMQ; CLAUDET ACTUM ALLOQUIO
-TOMUS ad

96. 209 A

ad Docentes. Discentesue Illustris Iujus Athenaei directo.

Ante autem, qvam haec omnia peragantur, ipse ego de *Disciplina Scholasticae utilitate, necessitate & difficultate*, brevissimis tamen, agam. Dein vero ad debitam gratiarum actionem *DEO, Serenissimo & Illustrissimo, Dnn. Patronis, Mecenatibus & Inspectoribus* persolvendam, ut & ad *ultimo Vale. Dnn. Collegis, Discipulisq; & omnibus* dicendum me convertam. Adeste itaque, *Viri Omnium Ordinum Honoratisimi, Summi, Medii, Imi*, tantum temporis negotiis vestris gravioribus subtrahite, Dignemini nos vestrae praesentiae honore uti. Dies, uti audivistis, dictus est XV. Febr. Hora Pomerid. II. Neque ullus dubito, quin locum sitis hisce precibus relicturi. Favor enim vester vix aliter permittet. Tu itaque. L. B. si quem erga me hactenus aluisti favorem, eundem si non augeas, conserves tamen. Tu autem, invide, sive obscurius iniquus es, sive non dissimulanter iratus, meliorem erga novum DN. Rectorem induc mentem. Ego, cum nihil fecerim, nec divina assistente gratia, in posterum fecero, dignum, propter quod abs te contumelia afficiar, mendacia tua non curo. Vale. P. P. Altenburgi d. 12. Febr. Anno 1669.

SOLI DEO GLORIA.



Q.K.514,42.

De Disciplina scholastica
utilitate et

I. N. S. S.

ACTUM SOL
ORATION

Inaugurale
VIRI

Præ-Clarissimi atq;^z

DN. M. PAULI

SAGITTARII,

Illustris hujus Schola

timè vocati digni

De

SEX ARIS ET PIC

THENIENSIMUM ACADE

ut &

De

DISCIPLINA SCH

Valedictoria

f.

intimat,

VIROSQ; omnium Ordin

simos omni animi su

ad audiend


invitat

M. PETRUS Hårtel/Red

Pastor & Adjunctus

ALTBURGI, APUD GOTHO

ANNO M. DC. L



Kodak

LICENSED PRODUCT
Black

© The Tiffen Company, 2000
KODAK Color Control Patches

White 3/Color
Red Magenta
Yellow Cyan
Green Blue
Centimetres Inches